Deus, & invertitur, quoniam violento quodam modo ad puniendum adducitur, tamquam ſerviens, & laborans *a*. Hoc ait Nyſſenus *b*, utens Oſeæ teſtimonio *c*, Deum ut leænam, & pardum, leonem, beſtiam agri, fieri, atque occurrere eis quaſi urſam raptis catulis, &c. poſtremo ſtatuere illos in judicio ad ſiniſtram, ſicut juſtos ad dexteram *d*. Videtur Cyrillus Alexandrinus *e*, hoc ad eos accommodare, qui myſteria ſacra irreligiosè frequentant; quoniam non poſſit eis id eſſe impunitum. Valet ad idem comparatio ex manna, cujus erat ſapor guſtui ſingulorum accommodatus *f*.

a *Iſa.* 43. 24. b *Hom.* 9. *in Cant.* c c. 13. 7. 8. d *Mat.* 25. 53. e 12. *de Ad. in Spiritu.* f *Sap.* 16. 21.

Ceterum pro, *pervertis*, Græcè eſt, Διαςρέψεις, *perverteς*, videlicet aut alium, aut teipſum, illum puniendo, te, ut auſterum, quod malus dicebat ſervus *g*, & piger, oſtendendo. Perverſam generationem & pravam *h* vocat Moſes, populum ſtultum, & inſipientem *i*, qui non quæ debuit, reddit Deo, quum tali Deus pervertitur, longè ſe alium quam ipſe putaret, ac ſperarat, exhibens; nec amplius afficiens, ſed vice mutata, prout & illi vivendi immutaverunt rationem, pœnas infligens, atque ſupplicia.

g *Luc.* 19. 21 h *Deut.* 32. 5 i *ibid.* 7.

Græcus quem abſque nomine citat Agellius, obſervat non dici, *perverſus eris*, ſed *perverteris*, non ςρεβλὸς, ſed συςρεβλούμενος αὐτοῖς. ſicut tamen dicitur *Sanctus*, *innocens*, *electus*, ὅσιος, ἀθῶος, ἐκλεκτός, Didymus, & Nicephorus præterea monent non dici, *perverteris*, ſed *perverteς*; quia cum egreſſus ad mala prohibeat, pervertit currentem in interitum, vias ejus tamquam vallo ſepiens, & ſemitas ejus inſtaurans, ac à malis cohibens. Verum in quibuſdam codicibus extat, ἀθῶος ut ante dictum eſt, & iſtius membri ſenſus malum quid continere; non vero bonum videtur, Hebraicè עם עקש תתפתל *hhim hhiKKeſch thithpathal*. Nomen עקש *hhiKKeſch* malæ ſignificationis tantum eſt: verbum aliud à פתל *pathal* in niphal hithphal, ſignificat etiam luctari conari, diſtorqueri; ſumiturque aliquando in bonam partem *k*, unde & Rachel filium unum appellavit Nephthali. In prioribus comparationibus uſurpatio ſimilis verbi Hebræi eamdem denotabat agendi rationem: hic variatum eſt, nominique malæ notionis adjectum verbum indifferens, quod C prudentiam indicare, & induſtriam poteſt, qualis eſt in eo, quo juſto Marte colluctator, & ſe flectit, torquetque, ut adverſarium ſubvertat. Dicitur Deus nonnumquam deludere *l*, ſeducere *m*, indurare *n*, excecare *o*, aggravare *p*, & ſimilia quædam facere, quæ promiſſionem important, vel ſubtractionem uberioris gratiæ, vel collationem bonorum ampliorem, quibus perversè uſurum prævidere eum, cui confert. Invictam & maximam Dei quaſi diſtorſionem, & ſupplantationem in eodem verbo perverſio atque diſtorſio litterarum eleganter demonſtrat, in ſecundo Regum pro תתפתל *thithpatthel*, quod eſt hoc loco, תתפל *thitthappel*.

k *Gen.* 30. 8. l *Prov.* 3. 34. m *Jer.* 20. 7. n *Ex.* 4. 21. & *ſæpe alibi.* o *Iſa.* 6. 10. p *ibid.*

Verſ. 28.) Quoniam tu populum humilem ſalvum facies: & oculos ſuperborum humiliabis.

PRiorum clarior expoſitio ſententiarum, propter D quam Didymus, ut ante monui, argumentabatur illis cum Deo ſermonem contineri. Quod myiſticè Athanaſius ac Euſebius ad Apoſtolos, & Phariſæos quum aliis adverſariis Chriſti refert: alii ad alios. Trevetus ad domum Juda, quæ poſt Saulis mortem ſola Davidi adhæſit, quando regnavit in Hebron ſeptem annis *q*, cum reliquiæ tribus domum Saulis ſequerentur. Trita valde ſententia: Humilibus dare gratiam Deum, ſuperbis reſiſtere *r*.

q 2. *Reg.* 5. 5 r *Jacob.* 4. 6. *Prov.* 4. 3.

Quoniam tu populum humilem.) Hieronymus, *pauperem*, item in ſecundo Regum *ſ*, & hoc loco ab Aquila, ut Euſebius teſtatur, Hebræum עני *hoovi* utrumque valet: Chaldæum חשיבין *chaſichin*, egenos, vel miſeros. Hic habemus ταπεινὸν, quod utramque ſignificationem poteſt habere. In ſecundo Regum πρᾶον, quod manſuetum ſignificat, mitemque, & hoc loco ponitur à Symmacho, *humilem* quoque juxta duplicem acceptionem interpretari licet.

ſ c. 22. 28.

Oculos ſuperborum humiliabis.) Hieronymus: *Oculos excelſos humiliabis*. In ſecundo Regum *t*. *Oculiſque tuis excelſos humiliabis*. Ibidem Græcè ὀφθαλμοὺς ὑψηλῶν ταπεινώσεις. *Oculos excelſorum humiliabis*. Hebraicè ועיניך על רמים תשפיל *hhenechabhal ramim thaſchphil oculos tuos* (nimirum pones, iraſcendo, & indignando) *ſuper excelſos, humiliabis*, (eos) vel *humiliare facies*. Solo aſpectu tremefacit Deus terram *u*, & diſſolvit Gentes *x*, Chaldaicè; *In dicto tuo forti eos qui invaleſcunt ſuper eos humiliabis*. Hoc loco Græcè ſunt ὑπερηφάνοι. Hebraicè עינים רמות *hhenaim ramoth, oculi altitudinum, & ſuperbiarum*. Chaldaicè: *In verbo tuo gentes fortes quæ roborantur adverſum eos, deprimes*. In oculis potiſſimum eniteſcit ſuperbia: hos humiliare, eſt efficere, ut attolli vereantur, ſed humum deſpiciant proni dejectique. Idem epithetum oculis alibi tribuitur, nempe ut dicantur ſuperbi *y*, vel dicatur quis ſuperbus oculis, גבה עינים *gheuah hhenaim*, præterea *elati oculi z*, *ſublimes a*, Græcè ὑβρισταί, *contumelioſi*: adhæc exaltatio oculorum *b*, & μεγαλόφρων ἐφ' ὕβρει, *magnanimus* ſeu *ſuperbus in injuria*: item *excelſi oculi, & palpebræ in alta ſurrecta c*, de- B inde *extollentia oculorum d*, μετεωρισμοὶ, *altitudo e ab oculis*, ſuperciliis, palpebris Græci *ſuperbum* denominant ὀφρυόεντα. ὀφρυάοντα, ὀφρυωμένον, ὑπερόφρυν, τὰς ὀφρῦς ἐπάραντα, κατωφρυωμένον, βοβαροβλέφαρον.

s *Supra.* u *Pſ.* 103. 32 x *Hab.* 3. 6. y *Pſ.* 100. 5. z *Pſ.* 103. 1. a *Prov.* 6. 17. *Iſa.* 2. 11. c. 5. 15. b *Prov.* 21. 4 c c. 30. 13. d *Eccl.* 23. 5. e. 26. 12. *Superbi epipheta.* e *Iſa.* 37. 23.

Oculos ſuperborum humiliabis. Nam καὶ τῷ ἄρχοντι αὐτῶν ἐξ ἀρχῆς ἀντετάξατο, *etiam principi ipſorum à principio ſeſe oppoſuit*, ait Iſidorus Peluſiota *f*: idcirco admonens nos conſiderare quantum ſit & Deum habere ἀντίμαχον, *adverſarium*; & veterem hoſtem συμμέτοχον, *comparticipem ſociumve*. Ptolomæo ſuſcitanti de uno ex LXX. interpretibus, quomodo vitaret quis ne in ſuperbiam incideret, reſponſum eſt, non modo ſi ſervaret æqualitatem, & ſe meminiſſet hominem, ſed etiam ſi cogitaſſet quod Deus τοὺς ὑπερηφάνους καθαιρεῖ, τοὺς δὲ ἐπιεικεῖς καὶ ταπεινοὺς ὑψοῖ *ſuperbos deprimit, mites autem & humiles exaltat g*.

f *lib.* 1. *Ep. in* 164. g *Ariſteas de verſione LXX.*

Verſ. 29.] Quoniam tu illuminas lucernam meam Domine: Deus meus illumina tenebras meas.

EXpertus ſum Domine populum à te humilem ſalvari. Tu ipſe lucernam, hoc eſt, vitam, nomen, ac gloriam meam, domum, ac familiam, & ditionem, regnumve pene extinctum adverſitatibus, denuo tui luce favoris accendiſti, & ſoles accendere. Itaque magna peto fiducia; ut ſi quæ ingruent impoſterum calamitatum tenebræ aliæ, eodem illo tuo favore digneris depellere, atque eaſdem in clarum felicitatis vertere ſplendorem.

De rationis lucerna Didymus, Euthymius, Nicephorus, aliique expoſitores Græci, ac Latini, & præterea Cyrillus Alexandrinus *h*, (qui probat hinc, ſolum Deum eſſe veram eſſentialem lucem *i*) Auguſtinus *K*, (qui idem quod Cyrillus colligens, probat ex eo, quod Joannes appellatus eſt *lucerna* l, non lux vera *m*) Paulinus *n*, juxta myſticum ſenſum interpretantur: ſicut & Chriſtus oculum vocavit *lucernam corporis*, & vim videndi obſcuratam, lumen, quod in tenebras evaſerit *o*, D maximè per paſſiones. Addit Euthymius, reſpectu Dei *tenebras* intellectum noſtrum eſſe, à quo ille cerni nequit. Item Moſis legem *lucernam* eſſe, *tenebras* velum ei ſuperpoſitum, quod revelandum prædicat David: vel *lucernam*, eſſe prædicationem Evangelii; *tenebras*, infidelitatem. Vel *lucernam*, intellectum; *tenebras*, corpus: illum illuminari divina cognitione, hoc munditia. Vel *lucernam*, Chriſtum illuminatum à Verbo Dei per hypoſtaſin, *tenebras*, corpus, & carnem quam Chriſtus divinam reddidit. De Chriſto exponit quoque Euſebius, citans ex alio Pſalmo; *Paravi lucernam Chriſto meo p*: Lumen rationis naturale lucerna eſt lumine ſupernaturali egens: tenebræ ignorantiam etiam naturalem quum peccatis deſignant. Ideo toties Paulus hortatur ut arma lucis induamus *q*: ut qui olim tenebræ, nunc lux ſunt in Domino, ut filii lucis ambulent *r*. Sunt etiam in Eccleſia luminaria viri juſti *ſ*. Orat autem Eccleſia, vel quis pro ea, inquit Thomas, ut quemadmodum juſtos illuminat Deus, dignetur & peccatores illuminare, aut quilibet Juſtus pro ſe, ut removeat ab eo Deus tenebras incidentium imperfectionum.

h *liq.* 1. *in Jo.* c. 8. *Cyrilli Alexandrini ex hoc loco argumentatio & Auguſt.* i 1. *Joa.* 1. 5. K *Ser.* 8. *de Verb. Dom.* l *Jo.* 5. 35. m c. 1. 9. n *Epiſt.* 8. o *Matt.* 6. 22. 23. *Lucerna & tenebrarum vocabula quibus rebus applicata.* p *Pſ.* 131. 17 q *Rom.* 13. 12 r *Epheſ.* 5. 11 1. *Theſſ.* 5. 5. ſ *Phil.* 2. 15.

Opus

Opus interno lumine Dei, ſine quo ne Chriſtus quidem exterius tantum docens ſufficit, ut ait Auguſtinus *a*.

a 15. *de Civ.* c. 15.

Sed ad litteram, ut Theodoretus notat, indicatque Thomas, repetit Auctor qua prius fuerat uſus *b* ex tenebris pro afflictionibus comparationem, & liberationem ab illis appellat liberationem à tenebris, ſive, ut ait etiam Nicephorus, à mœroris nebulis. Judæis opera Eſther libertatis nova lux oriri viſa eſt *c*: hac ipſa de re Mardocheus ſomnium habuerat, parvum fontem in fluvium creviſſe, & in lucem, ſolemque converſum eſſe *d*. Eadem ſimilitudine Job *e* utitur: & propter eamdem cauſſam appellatur lux miſerationum Dei, quam lucem oſtendi ſibi poſtulat Auctor Eccleſiaſtici *f*.

b v. 10. 11. 12 c *Eph.* 8. 16. d c. 10. 6. c. 11. 11. e c. 15. 22. c. 17. 12. & *alibi.* f c. 36. 1. g c. 22. 29.

Quoniam tu illuminas lucernam meam.) In ſecundo Regum *g*. *Quia tu lucerna mea Domine*. Chaldaicè ibidem: *Quia tu ipſe Dominus lux ipſius Iſrael Domine*. Hoc loco Hebraicè & Græcè eſt verbum futuri temporis תאיר *thair*, φωτιεῖς, & Auguſtinus legit, *illuminabis*. Verum jam pluries monui, temporum permutationem in Pſalmis præcipuè frequentem eſſe. Tra- B dens porrò litteralem loci hujus ſenſum, docui, *lucernam* pro vita ſumi, idemque eſt de anima. Hac ratione *lucernam Domini* Salomon *h*, appellavit ſpiraculum hominis: & Job *i*, *lucernam impiorum* extinguendam ſcribit, ac ſuperventuram eis inundationem, & dolores furores divini. Inde ortus ſermo tritus; extingui vitam dicamus, quum quis moritur, quia, ut lucerna, deficiente oleo, vel hoc nimium abundante: ſic quando nativus humor, aut exſurgitur, aut abundat, vita extinguitur: & lucerna vento; vita vi tormentorum: Denique hominem Greci φῶτα, quaſi *lumen* nominant. Sed melius *lucerna*, quam lumen, luxve vocatur, quia lumen habet velut in teſta, in corpore animam. Allato de Joſeph ſuperſtite nuncio, Jacob ſpiritus revixit *K*, ἀνεζωπύρησε τὸ πνεῦμα, quaſi dicas, ſemiſopitos ac ſemiextinctos igniculos vitæ præ mœrore denuo in ipſo exſuſcitatos.

Temporũ permutationes in Pſ. præcipuè frequentes *Lucerna pro vita:* h *Pro.* 20. 27 i c. 21. 17. *Unde orta phraſis, qui extingui vitam dicimus.* *Homo cur φῶς dictus.* K *Gne.* 45. 27

Alia erat acceptio *lucerna* pro fama & gloria. Sic arbitror etiam in Proverbiis *l*, *Impiorum lucernam* ſcribi *extingui*, hoc eſt, non modo vitam, & felicita- C tem, ſed & nominis celebritatem *m*: *Quoniam cum interierit, non ſumet omnia, neque deſcendet quum eo gloria ejus*. Idem ſibi velle rurſus Job *n* poteſt, quum ait, quod *lux obtenebreſcet in tabernaculo* impii & *lucerna quæ ſuper eum eſt, & extinguetur*. Huc revocandus favor divinus, de quo idem *o*: *Quando ſplendebat lucerna ejus ſuper caput meum, & ad lumen ejus ambulabam in tenebris*. Tandem ſpectat ad iſtam notionem lucerna, & *lux* pro felicitate, omnive proſperitate: & ignium excitatio more gentium omnium ad hilaritatem feſtivam, tum ſacram, tum profanam. Sumitur præterea *lucerna* pro prole, & familia, ut citato Pſalmo *p*: *Paravi lucernam Chriſto meo*. Eumdem habet uſum ſcintilla, in Thecuitis *q* ſententia: *Quærunt extinguere ſcintillam meam quæ relicta eſt, ut non ſuperſit viro meo nomen, & reliquiæ ſuper terram*. De lucerna ſimiles loquendi formule locis aliis legi poſſunt *r*. Ratio reddi poteſt, quare *lucerna* ſymbolum ſit principatus, regnique: quia Princeps fovendus, et alendus impenſa ſubditorum, tamquam oleo, pinguive materia: et ignis ſplendori, ac ſeveritati, lenitatem atque benignitatem admiſcere debet, velut lævis, ac pinguis materiæ. Davidem regem vocabant ſui *lucernam Iſrael* ſ, nomine eodem appellatur poſteritas ipſius *t*. Iſtam ſuſpicari cauſſam licet, cur lampades geſtarentur in nuptiis, nempe, quod Plato *u* ſcripſit, ut magnificaretur liberis operam dandam, ut quam ab aliis accepiſſent vitam, aliis quaſi lampada traderent. Id Lucretius *x* quoque de animantibus agens, quæ ſucceſſione propagantur, hoc modo carmine expreſſit.

Lucerna pro fama & gloria. l c. 13. 9 m *Pſ.* 48. 18 n c. 18. 6 o c. 29. 3 *Aliæ notiones vocis lucerna.* p *Pſ.* 131. 17. *Scintilla pro prole & familia.* q 2. *Reg.* 14. 7 r 3. *Reg.* 11. 36. c. 15. 4. *lib.* 48. 19. 2. *Par.* 21. 7. *Lucerna cur ſymbolum principatus.* ſ 2. *Reg.* 21. 17. t 3. *Reg.* 11. 36 c. 15. 4 *Cur lãpades in nuptiis olim geſtarentur.* u 6. *de legib.* x *lib.* 3

Et quaſi curſores vitai lampada tradunt.

Inde *lampada tradere*, eſt rei alicujus partem, ac vicem alteri aſſignare. Hinc Perſius *y*:

Qui prior es, cur me in decurſu lampada poſcis.

Loquitur eodem pacto Auctor *z* ad Herennium, Varro *a*, Herodotus *b*, Ariſtophanes *c* qui poſtremi duo alludunt ad ludos, in quibus curſu fatigatus proximo faciem, ſeu lampadem tradebat. Ergo hac lucernę retenta nota notione ſenſus eſſet: *Quoniam tu illuminas lucernam meam Domine*, ideſt, das liberos, in qui- A bus adhuc vivam, ac ſplendeam ut lampas, illumina tenebras meas, diſpelle ærumnas vitæ, fave potiſſimum in mortis caligine; *illuminans oculos, ne umquam obdormiam in morte d*. Placet ſenſus iſte Salmeroni *e*: qui priora etiam de lampade; ſed non ante Collectorem Adagiorum *f* retulit, apud quem plura *g*.

Lampada tradere quid ſit. y *Satyr.* 6. z *de Invent.* a 3 *de Rerũ.* c. 16. b *in Urania.* c *in Ranis.* *Lampadis traditio in ludis.* d *Pſ.* 12. 5. e *Tom.* 2. *Proleg.* 11. *cant.* 47. f *Curſu lampado trado.* g c. 22. 29.

Illumina tenebras meas.) In ſecundo Regum, *illuminabis*: quomodo etiam Hieronymus, & Auguſtinus. Hebraicè utrobique, *illuminabit* יגיה *iaggki ah*: Chaldaicè in tertia quoque perſona יכחר *ianher*. *Tenebras* Cajetanus accipit pro genere obſcuro David, & ſtatu in quem dejectus erat à Saule: Chaldaicè: *Quoniam tu illuſtrabis lumen Iſrael, quod extinctum eſt in captivitate: quoniam tu ipſe auctor luminis Iſrael*: Deus Deus meus ipſe deducet me ad ſplendorem, & videre me faciem in conſolationibus mundi futuri, quæ juſtis futuræ ſunt.

Verſ. 30.) Quoniam in te eripiar à tentatione, & in Deo meo tranſgrediar murum.

TAnto fulgore favoris tui Deus illuſtratus, & adhuc pericula multa evaſi, & ejuſdem ope non dubito me evaſurum, ita ut bene munitas etiam arces expugnem, atque per earum tranſeam muros, ingrediarque, cuncta ſuperem obſtacula, nec meum quis curſum, vel progreſſum valeat retardare. Myſticè perſecutores *muri* ſunt, ac Dæmones, vel peccata, ut Euthymius ait, & alii, omniaque impedimenta, ut Gregorius *h*: ſed & cœli, ut Euſebius docet, quos Dei munere poſt devictas tentationes, juſtus penetrat, & aſcendit. Plus eſt, quod à difficultatibus tueatur aliquem Deus, quam à tentationibus, ut Bernardus *i* obſervat. Inter nos & Deum dividunt iniquitates noſtræ *k*.

Myſticè interpretatio h 26. *Moral.* c. 10. *Plus eſt à difficultatibus.* *Protegi quam à tentationibus.* i *Serm.* 8. *in Pſal.* 90. k *Iſa.* 59. 2. l c. 22. 30.

In te eripiar à tentatione.) Hieronymus: *In te curram accinctus*, quo modo & in ſecundo Regum legitur *l*. Vatablus; *In te contrivi exercitum* ſive, *perfregi aciem*, ut, *In te incurram*, ſive, *occurram turmæ*, videlicet *hoſtium*. Felix. *In te conteram militum cuneum*, vel, *Perrumpam ac percurram per militum cuneum, ut nequeat me offendere*: C Cajetanus; *In te frangam exercitum*. Eugubinus: *In te curram contra accintos armatos intrepide*, vel *confringam armatum accinctum*: Chaldaicè utroque in loco; *In verbo multiplicabo exercitus, & caſtra*. Paginus, *In te percurram*, vel *conteram exercitum*. Juxta iſtam verſionem de Chriſto poſt mortis victoriam, triumphumque in cœlum aſcendente, poſſet hic verſus totus commode intelligi. Hebraicè tam hic quam in ſecundo Regum *m* legimus כי ארץ גדוד *becha aruts ghedud*. Omiſſa præpoſitione cum affixo pro nomine, quæ ſignificant vim ac robur à Deo eſſe, ut *n*. *In te inimicos noſtros ventilabimus cornu; In Deo faciemus virtutem o*, &c. *in ſanguine teſtamenti tui p* ארץ *aruts*, à themate רוץ *ruts*, ſignificat *curram* à רצץ *ratſats*, *frangam*. Suſpicatur Agellius legiſſe Lxx. in ſecundo Regum ארץ *aruts*, quoniam ibi verterunt ἐν βοὶ δραμοῦμαι μονόζωνος, *In te curram accinctus*, hic autem cum litterarum tranſpoſitione אצר *atſor*, quia reddiderunt ἐν σοὶ ῥυσθήσομαι, *In te eripiar*, ſignificat אצר *atſar*, *recondere*, reponere, recludere in arca, vel penu, & D ita denotaretur ſingularis protectio. Dei cuſtodientis juſtum tamquam theſaurum, & rem pretioſam. Non facile ſim ſuſpicax. Qui currit, vel percurrit hoſtes, liberatur ab illis. Idcirco bene potuerunt Interpretes uti verbo ῥυσθήσομαι, *eripiar*, ſive *liberabor*. Ultimum vocabulum Hebreum גדוד *ghedud*, à גדד *gadad*, quod eſt cogere, vel ducere exercitum, vel ſuperare exercitu, ſignificat *exercitum*, turmam, cuneum, globum militum, præſertim ad prædam excurrentium, & levioris armaturæ, & prædones etiam & latrunculos non tam robore, quam fraude agentes. Quare aptiſſime Lxx. uſi ſunt verbo ῥύσθαι, *eripi*, & *liberari*, quin vincit iſtos, qui effugit, quum non ſoleant juſto marte certare.

m *Supra.* n *Pſ.* 43. 6. o *Pſ.* 59. 14. p *Zach.* 9. 11

Rectè præterea idem nomen Hebræum tranſtulerunt nomine πειρατήριον, pro qua Græca voce in libro Job *q* Latinus Interpres repoſuit *militiam*. *Militia eſt vita hominis ſuper terram*, licèt aliqui legant *tentationem*. Eſt πειρατήριον locus piratarum, vel quem infeſtant, vel eſt piraticus ipſe exercitus, ac exercitatio, quæ, quia conſtat maxime dolis, ac fraudibus, ut dixi, denominatur ἀπὸ τῆς πείρας, à tentatione, aut ἀπὸ τῶν πειρατῶν

q c. 7. 1. *Loci Job interpretatio.*

quod

quod eſt *trajicere*, quia piratæ trajiciunt mare. Probabile mihi fit, quod idem notavit Agellius innuere Davidem velle, latrunculos Amalecitas, qui irruerant in Siceleg, & prædam maximam, urbe ferro ignique vaſtata, abegerant *a*. Ergo David tales evaſurum ſe inſidias, Dei fretum ope confidenter canit: & in ſequenti membro, ſi cominus pugnandus ſit, victoriam, fractis hoſtibus reportaturum. Lege ſimilem fiduciam in Pſalmo vigeſimo ſexto *b*, & centeſimo decimo quarto *c*, & ampliſſimum Dei, quod Jeremiæ *d* facit, promiſſum, & aliud, quod David *e* omnibus fecit.

a 1. Reg. 30. 1 & ſeq. b v. 1. & ſeq. c v. 3. 4. & 5 d c. 1. 17. 1. 19. e Pſ. 90. 1. & ſeq. Pſ. 120. & 123. & 124. & 126. & 143.

In Deo meo tranſgrediar murum.] Hieronymus, *tranſiliam*, ſicut & in ſecundo Regum. *f* Chaldaicè, *ſubjugabo arces munitas*, אכפוש כרכין תקיפן *echbeſch cheracchin thakkiphin*. Non ſignificant aliæ editionis tranſitum per murum, ſed ultra murum quaſi diceret David:

f c. 22. 30.

Das ſuperare acies, tranſireque mœnia ſaltu:
vel:
Te duce perrumpto florentes are phalanges,
Altaque turrigeri ſupero faſtigia muri.

aut certè muri perremptionem, ſuffoſſionem, deſtructionem, demolitionem, everſionem. Buccinarum ſonitu ſub Joſue muri Jericho illico ac funditus corruerunt *g*. Pro David pugnas Joab muros Abela deſtruxiſſet, niſi ſapiens in ea urbe mulier prudenti conſilio obſtitiſſet *h*. Poſſet nihilominùs, ut Euſebio videtur, firmitas virium, & agilitas tanta ſignificare, ut ſe David confidat, vel inſilire poſſe in inimicorum ſepta, valla, munitiones, muros, quibus ipſum circumdare, & includere nitantur: Juxta priorem dicendi modum ſcribit Job *i* de adverſariis; *Quaſi rupto muro: & aperta janua irruerunt ſuper me, & ad meas miſerias devoluti ſunt*: juxta poſteriorem, Joel *k*; *ſicut fortes current, quaſi viri bellatores aſcendent murum*, &c. *Urbem ingredientur, & in muro current, per feneſtras intrabunt quaſi fur*: Et Nahum *l*: *Velociter aſcendent muros ejus*. Produntur, vere an falſo, nonnulli ſuper fluctus cucurriſſe perinde ac in terra, nullo etiam in arena relicto veſtigio, & ſuper ariſtas, eas non lædendo, ut Orion *m*, Iphiclus *n*, Camilla *o*, regina Volſcorum, Ladas *p*, & Aſael curſu capreas æquaſſe *q*. Legitur Tiberius *r* articulis ita firmis, ut recens & integrum malum digito terebraret, caput pueri, vel etiam adoleſcentis, talitro vulneraret. Audax Alexandri factum, qui laudare Alexandrum ſolet, Curtius *ſ* vituperat, cum cunctantibus ceteris conſcendens ſcalas evaſit in murum, & hujus margine magis hærens quam ſtans, clypeoque incidentia undique tela propulſans, à ſuis deſtitutus, non deſiliit ad illos, ſed in urbem hoſtium plenam participi ſaltu ſemetipſum immiſit, ita librans corpus, ut ſe pedibus exciperet, ſtans iniret pugnam, licet poſt cæſos non paucos, & ipſe ceſſerit neceſſitati. Deſcribit Virgilius *t*, urentem Turnum ad portam cum ſuis. Inter coronas *muralis* decernebatur ei, qui primus murum ſubiiſſet, in quo oppidum hoſtium per vim aſcendiſſet, ut meminit Gellius *u*. In Razia *x*, & Machabæis *y* haud illuſtria minus fortitudinis hujus exempla. Martinum narrat neophytum Sulpitius *z*, cum Julianus Apoſtata dimiſſionem à militia metui adſcriberet, non religionis; reſpondiſſe, illato ſibi factum terrore conſtantiorem: *Si hoc ignaviæ adſcribitur, non fidei, craſtina die ante aciem inermis aſtabo, & in nomine Domini Jeſu ſigno crucis, non clypeo protectus, aut galea, hoſtium cuneos penetrabo ſecurus*. Etſi ſacra & ſancta hæc exempla priori verſus membro melius convenient.

g Joſ. 6. 5. 20. h Reg. 20. 15 16. i c. 30. 14. K c. 2. 7. 9. l c. 2. 5. m Hyginus. n Cœl. Rhod. lib. 5. c. 3 & Heſiod. De Tiberio ſcripta. o Virg. 7. Æn. p Alex. ab Alex. lib. 2. c. 21. ex Mart. lib. 2. & 11. ſupe. ex Juven. Sat. 15. ex Salino, c. 6. Alexander à Curtio vituperatus. q 2. Reg. 2. 18 r Sueton. ſ Curt. l. 9. t Æneid. 9. u lib. 5. c. 6. x 2. Mac. 14 37. & ſeqq. y 1. & 2 Machab. paſſim. De Martino neophyto à Sulpitio ſcripta. z in Vita c. 3

Porrò ſenſu myſtico *murum* in malam accipi partem antea docui. Sic aliqui exponunt Zachariam *a* tropologicè: *Abſque muro habitabitur Jeruſalem præ multitudine hominum, & jumentorum in medio ejus*: ut nempe *murus* denotet fines quoſdam, quos ſibi quidam *b* deſignant, ita ut ultra eos progredi aut dilatari nolint, & Deo ſatisfacere, cupienti novis civibus, novaque operum bonorum prole augere, licèt ſimul permittat irrationales, ceu jumenta, motus ad exercitium, & meritum. Sed pro muro illo diruto pollicetur apud eumdem Prophetam Deus murum ſe igneum futurum, qui hoſtes terreat, repellatque ut leones, civibus afferat lucem, & calorem. Sunt etiam *c*, qui ſimili ſenſu interpretentur verba Cantici *d*, canticorum: *Si murus eſt, ædificemus ſuper eum propugnacula argentea*; *ſi oſtium eſt*, A *compingamus illud tabulis cedrinis*, de illo qui occludat aditum pulſanti ſe, ac vocanti Deo, & obſiſtat Evangelicæ prædicationi, quales Judæi, & alii perſecutores, ita ut contra Judæum, aut Gentilem ædificetur argenteum propugnaculum altius, & firmius, conſtans vario genere armorum ſpiritualium doctrinæ, miraculorum, ſanctorum morum: ſicque attollantur ac eleventur *portæ principes, & æternales*, ut introeat *Rex gloriæ e*.

Senſu myſtico vocis *muri* in malam partem acceptio. Loci Zachariæ expoſitio. a c. 4. 2. b Ribera ib. c Almerin. in Cant. c. 8. d c. 8. 9. e Pſ. 23. 7. & 9.

Verſ. 31.] Deus meus impolluta via ejus: eloquia Domini igne examinata: protector eſt omnium ſperantium in ſe.

PErmiſit quidem me Deus inimicis meis ad tempus, inſontem licet, ita ut cenſeri potuerit quadam veluti ductus in juſtitia, nec promiſſis de miſti deſtinato regno, traditove ſtetiſſe. At declaravit ipſe tandem B inviolatam fidem ſuam eſſe, nihilque verbis polliceri, quod re ipſa non præſtet; ſed ſingula verba longius abeſſe ab omni permixtione falſi, quem diſtet ab externa argentum, ignibus bene purgatum probatumque, materia. Nam quicumque fidunt Deo, hos abſque dubio tuetur, ac protegit. Via Chriſtus eſt *f*, impolluta, quia non ex virile ſemine; & quia non venit niſi ad mundos propter ſermonem ipſius *g*, hoc eſt, propter fidem, quæ purificat corda *h*, ejiciendo errores, & ad gratiam ſanctificantem diſponendo: ſed hoc myſticum, à Caſſiodoro, & aliis traditum. *Via Dei*, ratio agendi ejus eſt atque gubernandi; in qua nihil non omnino juſtum; quia *i*, *omnes viæ ejus judicia, & fidelis eſt, & abſque ulla iniquitate, juſtus, & rectus, & non filii ejus in ſordibus*: denique *Viæ Dei* k *plus exaltantur à viis noſtris, quam cœli à terra. Nunquid via* l *mea non eſt æqua, & non magis viæ veſtræ pravæ ſunt*: tandem *Via ſancta* m, Dei eſt, *& non tranſiit per eam pollutus*.

f Jo. 14. 6. g Infra 15. 3 h Act. 15. 9. i Deut. 3. 2. 4. 5. k Iſa. 55. 9. l Ezeſ. 18. 25 m Iſa. 35. 8.

Deus meus impolluta via ejus. Hieronymus, *immaculata*, & in ſecundo Regum *n*, ſicut in Pſalmo *o*, ſe-C quenti, ubi ſunt eædem voces Hebræa, & Græca תמימה *themimah*, & ἄμωμος. Notavit Euthymius phraſin Scripturæ, ut pro eo, quod clarius dici potuerat: Dei mei impolluta via eſt, dictum ſit: *Deus meus impolluta via ejus*. Evolvit magis Paraphraſtes: *Deus meus* (nimirum eſt) *cujus rectæ ſunt viæ ejus*: Ubi tamen redundat etiam pronomen ultimum. Talis pleonaſmus alibi; *Aaron* p, *quem elegit ipſum: cujus* q *altitudo, cedrorum altitudo ejus: ſcienti* r *bonum facere, & non facienti, peccatum eſt illi. Domini in cœlo ſedes ejus* ſ.

n c. 22. 31. o v. 8. Phraſis ſcripturæ. p Pſ. 104. 26 q Amos 2. 9 r Jac. 4. 17. ſ Pſ. 10. 4.

Eloquia Domini igne examinata.) Lege quæ dicta ſunt Pſalmo undecimo, *t*, ubi vocantur *eloquia Domini caſta argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum ſeptuplum*. Symmachus: ῥῆσις τοῦ ΚΥΡΙΟΥ δόκιμος: *locutio Domini probata*. Trevetus monet, ſe nec hic, nec Pſalmo undecimo, quum diligenter quæſiſſet, reperiſſe ignis nomen, & ait ſenſum eſſe, data eloquia Domini hominibus ad examinationem eorum. Quidquid ſit de ſenſu Græcè eſt verbum πυρόω, ſigni-D ficans, teſte Beda *u*, & igneum, & igne purificatum, ſeu examinatum; immo in verbo Hebræo צרף *tſaraph*, continetur ignis, quia ſignificat *conflare*, & fundere ad purificandum per ignem, indeque *Seraphim* dicta ſunt. Ibi docuimus quanta ſit doctrinæ divinæ puritas, veritaſque ſine fabulis, vel turpiloquio, quæ in aliis reperiuntur ſectis. Porphyrium quoque teſtis Auguſtinus *x*, faſſum, univerſalem animæ liberandæ viam nondum ſibi revelatam, illamque à ſumma quadam auctoritate eſſe accipiendam.

t v. 7. Trevetus. u in c. 30. Proverb. Seraphim unde dicta. x 10. de Civ. c. 23. De Porphyrio quid dicat Auguſtinus.

Eloquia Domini igne examinata.) Laudat Philo *y* hanc ſententiam, ſive ſimilem Pſalmi 11. *z*, aitque quod παγκάλως καὶ θεοπρεπῶς ἐκ τοῦ πυρὸς φωνὴ λέγεται προέρχεσθαι, *omnino pulchre & digne Deo dicitur vox Dei* (quum legem ſcilicet dat) *ex igne procedere*: quia ſermones præceptaque illius exacte probata ſunt & examinata velut igni aurum.

y lib. de decalogo. z v. 7.

Protector eſt omnium ſperantium in ſe.) Hieronymus, & in ſecundo Regum *a*, *ſcutum*, &c. ὑπερασπιστής מגן *maghen*. De his vocibus actum verſu tertio. Videtur hinc Salomon *b*, mutuatus: *Omnis ſermo Dei ignitus, clypeus, eſt omnibus ſperantibus in ſe*. Ubi eadem prorſus Hebraicè ſententia eſt quæ hoc loco, quamvis Græcè deſit prius membrum; & Hebræum nomen Dei ſit ibi *Elohim*; hic autem tetragrammaton. In Pſalmo CXVIII. *a*, *Ignium eloquium* Græcè eſt πεπυρωμένον, Hebraicè צרפה *tſeruphah*: Hieronymus vertit: *probatus ſermo*.

a c. 22. 31. b Pro. 30. 5. a v. 140.

Verſ. 32.) Quoniam quis Deus præter Dominum? aut quis Deus præter Deum noſtrum?

MEretur talis tantuſque protector, ut eam vereantur unum cuncti, amentque, & ejus ſolius præſidio nitantur, nec ad aliud confugiant propugnaculum alium quærant defenſorem. Quiſquis apud alios Deus præter hunc dicitur, coliturve, falſus eſt non verus.

Quis Deus præter Dominum?] Hebræa nomina ſunt אלוה *Elohah*, & יהוה *Jehovah*: ſecundùm habetur maximè proprium Deo, & eſſentiale primum ſignificat Deum judicem: etſi Arias prius interpretetur pro benigno conſultore, ac promiſſore. Hinc efficitur, Deum verum nonniſi unum, ac ſolum eſſe. Id aſſerit idem David alibi *b*: *Tu ſolus Altiſſimus ſuper omnem terram: Magnus es tu, & faciens mirabilia, tu es Deus ſolius* c. Similia teſtimonia ſunt Salomonis *d*, Auctoris libri Sapientiæ *e*, & Eccleſiaſtici *f*, Moſis *g*; præterea matris Samuelis *h*, Pauli *i*, Chriſti *K*, Dei ipſius *l*.

Ratio demonſtrat, quæ ſumitur ex ſumma ſimplicitate, infinitate, perfectione, prima omnium rerum efficientia, ſeu ratione primi principii, & finis ultimi. Lege Athanaſium *m*, Tertullianum *n*, Lactantium *o*, Thomam *p*, Scholaſticos *q*, ex quibus Okam & Gabriel malè docuerunt ſola fide id conſtare. Eſt quidem apud eos, qui ſacræ Scripturæ credunt, omnino extra controverſiam, ut ait Damaſcenus *r*: at vera quoque Tertulliani *ſ* ſententia: *Deus ſi non unus eſt, non eſt*. Plura Eugubinus *t* ex Philoſophis, & auctoribus profanis. Hoc præterea loco Thomas contra Manichæos ar-C gumentantes, Veteris Teſtamenti Deum, Deum verum eſſe.

b Pſ. 82. 19. c Pſ. 85. 19. d 3. Reg. 8. 27 e c. 12. 13. & ſeq. f c. 1. per tot. g Deut. 4. 39 c. 6. 4 h 1. Reg. 22. i 1. Cor. 8. 6. Gal. 3. 20. Eph. 4. 5. 1. Tim. 2. 5. k Mat. 19. 17. Luc. 4. 8. Jo. 17. 8. l Deut. c. 23 39. Iſa. 45. 21. c. 44. c. 6. 45. 5 21. 22. c. 48. 17. Oſea 13. 4. m Orat. contra idola. n Apol. c. 17 & 1. Con. Martio c. 3. & 4. Okam & Gabriel notati. o 1. inſt. c. 3. Deus, ſi non unus eſt, non eſt.

Aut quis Deus.) Hieronymus, & in ſecundo Regum *u*, *Quis fortis*: Hebraicè צור *tſur*, quod ſignificat *rupem*, petram, baſem, centrum, &c. Verſu tertio erat idem nomen, pro quo Græcè βοηθός; & Hieronymus etiam, *fortis*, necnon & in ſecundo Regum ſub initium Pſalmi *x*. Aliquando Lxx. reddunt κτίστην, *creatorem*, ſive formatorem, quod à יצר *iatſar*, poteſt valere.

Præter Deum noſtrum.] אלהינו *Elohenu*, nomen numeri pluralis. In quo Genebrardus obſervat myſterium Trinitatis poſt Hieronymum. Dionyſius in Catena citatus idem dicit ſed & eumdem Chriſtum Deum eſſe ac Dominum, prout illum B. Thomas *y*, appellavit: tum etiam quod tria appellativa jungantur uni eſſentiali. Paraphraſtes Chaldæus hic, cumque ſecutus Rab. David Kimhi, exponunt de tempore Meſſiæ, quando convertentur omnes Gentes ad Deum Judæorum, & dicent: *Nullus eſt Deus præter Deum noſtrum*. Chaldæa interpretatio ſic habet in Bibliis Regiis, paullo verò aliter apud Nebienſem: *Quoniam propter miraculum*, (vel miracula) *& redemptionem, quæ facies* (vel, edes) *Chriſto*, (ſeu Meſſiæ tuo) *& reliquis populi tui*, (ſeu qui remanebunt) *laudes dicent omnes nationes, populi, & linguæ, & dicent: Non eſt Deus niſi Dominus: Non eſt niſi tu: populus autem tuus domus Iſrael, dicet: Non eſt fortis niſi Deus noſter*. In prælio cum Dæmonibus dux bonorum Angelum Michael vocatus eſt, quia pro Deo contendens dicebat: *Quis ut Deus?* Machabæus quoque Judas appellatus, fertur vel quaſi מכבה *machabeh*, extinguens nempe hoſtes: vel à litteris in vexillo, quæ per compendium ſignificarent *z*: *Quis ſimilis Tu in Fortibus Domine* מי כמוך באלים יהוה *Michemocha baelim Iehovah?* ſicut S. P. Q. R. denotabant Senatum Populumque Romanum.

p 1. ar. q. 11. art. 3. & 1. cant. Gen. c. 42. q Diſt. 2. r 1. de Fide c. 5 ſ 1. con. Marcio c. 3 Genebrardi obſervatio, & aliorum. t 3. de Peren. ni Philoſoph. u c. 22. 32. x ibid. v. 3. y in c. Jo. 20. z Exo. 15. 11

A *Verſ. 33.*] Deus qui præcinxit me virtute, & poſuit immaculatam viam meam.

REdeo ad me. Quidquid umquam fortiter geſſi, ipſe me viribus, robore, fortitudine armavit, & ut hoſtes vincerem, & ut adverſa tolerarem, confirmavit. Fecit præterea, ut in omni actione purus ab omni labe ſceleris eſſem, utque felicem ſine impedimento ſucceſſum in quolibet negotio nanciſcerer. Videtur hic, ac deinceps enumerare pugnanti ad victoriam neceſſaria, quæ ſigillatim exponemus.

Præcinxit me virtute.) Hieronymus, & in ſecundo Regum *a*: *Qui accingit, vel accinxit me fortitudine*. Græcè in ſecundo Regum. Ὁ κραταιῶν με δυνάμει: *Corroborans me fortitudine*: hic autem, Ὁ περιζωννύων με δύναμιν: Hebraicè ibi, מעוזי חיל *Mahhuzi chail*, *corroborans fortitudine*: hoc loco המאזרני חיל *Hamazreni chail*, *Accingens me fortitudine*. Chald. in iſto Pſalmo: *Qui accingit me cingulo in virtute*: דמזרן לי קמור כחילא *Dimzaren li Kamor bechela*: In hiſtoria Regum: *Qui auxiliatus eſt* B *mihi in virtute* דסעיד לי בחילא *Deſahbid li bechela*. Non ſignificat virtus, δύναμις, חיל *chail*, virtutem moralem ſive fortitudinem, ſive aliam, ſed robur ac vires, ut valde ſæpè alias, & in ſequenti verſu quadrageſimo, ubi repetitur eadem ſententia, & alio loco id annotavi *b*. Sumitur quoque interdum δύναμις, virtuſque pro exercitu, ut quum vocatur Deus *virtutum* c, *exercituum* d, aut alia voce Hebræa *Sabaoth* e. Quin etiam Hebræa vox חיל *chail*, habet eamdem notionem inter alias, opponique dicitur dictioni גדוד *ghedud*, de qua in trigeſimo verſu, ita ut ſit exercitus ſtrenorum, non autem latrunculorum. Sic diceret David, ſe veluti cinctum fuiſſe corona cœtuque fortium, bellicoſorum militum, virtute, & copiis armatorum. Hanc Arias innui primam conditionem putat ad rem in bello bene gerendam: ego ſimul comprehendi arbitror alacritatem animi, roburque, quod etſi ſine morali virtute poteſt eſſe, adjunctam ſæpè habet. Quæ cauſa eſt cur paſſim de illa explicent alii. Hoc pacto *præcinctus* reſpectum dicit ad balteum, & arma, quæ miles accingit ſibi, C ſ. ad veſtes adſtrictas, quæ ſunt impedimento. Egimus de hac formula in Petri Commentario *f*. Deus ipſe *induere fortitudinem* dicitur, & *ſe præcingere* g: *& accinctus potentia* h: quia cinctus, ad conficiendum quod vult, magis expeditus eſt, inquit Theodoretus *i*, & Chriſtus *accingi gladio ſuper femur* k, & præcipit Diſcipulis; ut ſedentes in Jeruſalem expectarent poſt aſcenſionem ipſius, quoad uſque *induerent virtute ex alto* l: Et Judas Machabæus ſuccingebat arma bellica in præliis *m*, σκεύη, vaſa bellica, ut legit Lucifer *n*, ſive inſtrumenta militaria, ut pilum, tela, galeam, ocreas, &c. Habacuc *o*, *populum accinctum* nominat patres in Palæſtina ſepultos, ibique ſtantes quaſi ſtationarios, atq; præſidiarios terræ illius milites, quorum ſubſidio ac merito viventibus proveniret defenſio ab hoſtibus, & beneficiorum divinorum largitio: vel allegoricè populum, quem Deus armavit, ut feliciter pugnaret, populum fortem, ut alicubi legit Hieronymus *p*. *Accinge ſicut vir lumbos tuos*, ait Deus Job *q*, & ſe ſediſſe teſtatur ipſemet Job *r*, *quaſi regem circumſtante exercitu*. D Ubi Lxx. legunt, *ſicut regem in accinctis*, ἐν μονοζώνοις, vel, *in ſatellibus* בגדוד *bagghedud*, Chaldaicè כחילא *bechela*, quod ultimum propriè valet *exercitum*. Auguſtinus *ſ*, legit *cinctum fortibus*; Olympiodorus *t*, μονοζώνους, excellentiores aſſerit milites, & cingulo quodam nobiliore cinctos fuiſſe, vel etiam latronum viventes more, nec in ordinem redactos: Iſidorus, *u* aut milites, aut milites. Horum cœtum ſibi velle גדוד *ghedud*, verſu trigeſimo docuiſſe me, jam memini.

a c. 22. 12 Vocabulum *virtus* ut ſumitur interdum. b Act. 1. 8 c Pſ. 23. 10 Pſ. 58. 6. Pſ. 68. 7. Pſ. 70. ſæpe Pſ. 83. 2 Pſ. 88. 9. & alibi paſſim in veteri Teſt. d 1. Reg. 2. 3 & ſæpius eodem & aliis libris Reg. & in Prophetis. e Jer. 11. 20 Rom. 9. 29 Jac. 5. 4. f 1. Ep. 1. 13. g Pſ. 92. 1. h Pſ. 64. 7. i ib. K Pſ. 44. 3. l Luc. ul. 49. m Mar. 3. 3 n Pro. Ath. o c. 3. 16. Populus accinctus apud Habacuc qui ſit. p 2. contr. Pelag. q c. 38. 3. r c. 29. 15. ſ In Job. t Ib. in Cat. Μονοζώνοι, milites qui dicerentur u ib. in Cat

Ad rem noſtram facit, *præcingi virtute* idem hoc loco eſſe poſſe, quod multitudine, copiaque militari. Favet alteri acceptioni pro robore ac viribus, quod ad has ſignificandas Scriptura uſurpat, *accingere fortitudine lumbos* x, *confortare lumbos*, & *roborare virtutem valdè* y. Roboam quoque dixit, *Minimum dignum ſuum groſſiorem eſſe lumbis patris ſui* z: nam cinctus lumborum eſt, & in lumbis magna pars roboris animalium poſita eſt, & imbelles elumbes vocant. Clodovæus adverſus Gothos pugnaturus, munera tutelari Martino mittens, præcipit ut ingreſſi templum obſervarent, quæ futuri ex bello ventus præbere conjecturam valerent. Au-

x Pro. 31. 1. y Nah. 2. 1. z 2. Par. 10. 10.

Audiunt illi, limen ſubeuntes templi, canentes ex Pſal- A mo iſto, *præcinxiſti me virtute ad bellum*. Declaravit omen poſtea non fuiſſe vanum, de hoſtibus victo-
a Baptiſta Fulgoſius lib. 3. c. 1. ria *a*.

Poſuit immaculatam viam meam.) Ne quid, quod facilè eſt ac proclive, peccarem in bello, injuſte quid-piam, & maligne agendo, ſed ingrederet per viam iti- dem immaculatam Dei ſine ſuperſtitione, ſive vitio alio: vel reddidit expeditum liberumque ab impedi- mentis iter, ne bellicam moraretur expeditionem. Con- ditio ſecunda Ariæ videtur iſta, ut feliciter pugnari poſſit. Juvat hunc ſenſum, quod legitur II. Regum *b*:
b c. 22. 32. יתר תמים דרכי *Jat- Complanavit perfectam viam meam* ther thamim darchi: ubi primum verbum eſt loco alte- rius quod hic eſt יתן *iitthen*, & ſignificat *ſolvit*; quaſi prius eſſet impedita & implicata, ut ibidem exponit Ly- ranus, Abulenſis, & alii. Erit igitur via ἄμωμος *irre- prehenſibilis*, & immaculata, & ſana, integra, perfe- cta; quod importat vox תמים *thamim* quæ curſum non impediat, & abſque offendiculo, propter quod via, per quam eumdum eſt, reprehendi ſolet. Conſentit his B
c Crucius. ipſis ferè verbis Janſenius, & poeta *c* non malus:

---- *qui me nunc viribus armat,*
Nunc aperit ſine fraude vias.

d Arias. Item alius *d*.

Fortis is eſt qui prævalido me robore cinxit,
Inſtravitque viam mihi firmam.

Annibalis, Alexandri & aliorum difficiles auſus & celebros. Celebris Annibalis auſus in tranſmittendis Alpibus, & in cædenda, incendenda, acetoque putrefacienda rupe
e Livius Decade 3. l. 1. *e*; Alexandri in Oſſa monte incidendo *f*, & aliorum ſi-
f Polian. l. 4. milia in coæquanda, explananda, expedienda militibus
g De Turcis anno 1476. Sabellinus l. 3. Decadis 3. De Franc l. Gallorum rege Jovius l. 3. difficili via *g* facinora: Iſaias *h viam ſanctam* nominat, quæ directa eſt, ita ut ſtulti non errent per eam. Potuit itaque *immaculata* hic, ſeu irreprehenſibilis dici, via per quam ſine errore atque impedimento tranſiri pot- eſt. *Immaculatam viam*, quam. Euſebio teſte, *perfe- ctam*, Aquila dixit, Didymus Chriſto tribuit, volens ex ejus perſona totum Pſalmum dictarum: *ponere au- tem viam*, ait idem eſſe quod oſtendere: quemadmo- dum quando ſcribitur *i* à Deo conſtitutus *hæres univer- ſorum*, ideſt, oſtenſus, atque declaratus.
h c. 35. 8.
i Heb. 2. 2.

Verſ. 34.) Qui perfecit pedes meos tamquam cervorum, & ſuper excelſa ſtatuens me,

Cæſaris in reb. conficiendis celeritas. K Pro M. Marcello. ACceſſit tertio loco adeo in Imperatoribus laudata celeritas conficiendi, quam in Cæſare Cicero *K* tantam prædicat, ut disjunctiſſimas quiſquam paſſibus terras citius peragrare non potuerit, quam illius non curſibus, ſed victoriis illuſtratæ ſint. Iſtam ſibi divini- tus communicatam celeritatem David gratulatur: qua tanta veluti currendi pernicitate cervis comparanda, quælibet loca etiam inexpugnabilia occupaverit, ac ſu- peraverit, aut certè opportuna pugnæ præoccupaverit, aut eo evadens confugerit. Videtur Habacuc *l* hunc
l c. 13. 19. verſum tranſcripſiſſe: *Deus Dominus fortitudo mea; & ponet pedes meos quaſi cervorum, & ſuper excelſa mea de- ducet me victor.*

Qui perfecit pedes meos tamquam cervorum.] Hieron. D in ſecundo Regum *m*: *Coæquans pedes meos cervis.*
m c. 22. 34. Græcè ſingulari numero, ὡσεὶ ἐλάφου, & Auguſtin. qui præterea legit in tempore præſenti, *perficit*. Teſta-
n Ep. 135. tur vero idem Hieronym. *n*, non ſolum Hebraicè plu- ralem eſſe, verum etiam omnes Interpretes ita trans- tuliſſe. Participium משוה *meſchauueh* propriè ſignifi- cat ex Syro ſermone, ut Pagninus *o* docet, *ponens*, (uti-
o In Theſau. Ling. Hebr. p ſupra. tur eo paraphraſis Chaldæa hic, & ſecundo Regum *p*) quo modo Latinè legimus in Habacuc; quamvis ſit aliud verbum Hebræum ישם *jaſchem*, & Græcum, θήσει, Alioqui שוה *ſchauah* eſt *æquare*, æqualemve reddere. Vim ſimilitudinis Græci hoc loco aptius expreſſerunt per καταρτιζόμενος, & Paraphraſis Chaldæa adhuc ma- gis: *Ponit pedes meos agiles* קלילין *Kallilin*.

Cervæ venatoras in curſu ut contemnũt. Nota cervorum agilitas, pernicitaſque: quamvis *fœminas cervas* habeat Hebræus textus, hic, ſecundo Regum, & in Habacuc. Videntur cervæ, quæ ſine cor- nuum pondere curſu præſtant, venatores contemnere currendo, potiùs quam fugere, nam conſiſtunt in cur-
Earumdem ſolertia & prudentia. ſu, dum inſequens appropinquet, tum fugam repetunt.

Cervarum inter alia cujuſdam ſigna ſolertiæ, atque prudentiæ, qua inter quadrupes, ut ſcribit Ariſto- teles *q*, excellunt hinnulos ducentes in ſtabula, quo
q 5. de Hiſt. animal. c. 29 l. 9. c. 5. refugere debeant condocè faciunt. Saxum ideſt ar- duum, præruptumque, aditu unico: ibi ſi quis in- vadat, expectant, ac repugnant, quamvis excornes. Contra maribus.
Mares cervi pre feminis imbelles.

Degener eſt animus, pectuſque ignobile cervis,
Ingens ad faſtum cornu: ſed inutile pondus
Eminet, ut nunquam confligere cornibus auſint,
Atroceſve feras catuloſve laceſſere pugna,
Non etiam lepores imbelli corde paventes,

Inde adagium: Ἐλάφειος ἀνὴρ, *Cervinus vir*, ideſt, for- midoloſus, & Chebriæ, atque Philippi apophthegma, *Formidabiliorem eſſe cervorum exercitum leone duce, quam leonum duce cervo.*

Igitur aptior è feminis comparatio duceretur, quam è maribus ad celerem deſignandam evaſionem ſimul cum virili fortitudine. Utrovis modo hyperbole non
r Cant. 2. 9. c. 8. 14. 2. Reg. 2. 18. caret, & aliquoties in Scripturis *r* uſitata, interque il- los qui venerunt ad David, quum adhuc fugeret Sau- lem, & lateret in deſerto, quidam ſcribuntur de Gaddi transfugiſſe, *quorum facies quaſi leonis, & velo es qua-*
ſ 1. Par. 12. 8 *ſi capreæ in montibus* ſ. Pedum porrò alacritas, ac per- nicitas præter eos quos nuper commemorabam, com-
Pedum velocitas in Achille, & enũtritio. mendatur principibus. Achille, quem appellat Ho- merus ποδάρκεα ποδώκεα, ſive πόδας ὠκὺν, & ejus ferunt infantiam ſub Chirone medullis cervorum plurimum
t Pierius l. 7. u Catullus. enutritam *t*, &,

Alexandri pedum velocitas. *Flammea u prævertit celeris veſtigia cervæ:*)

atque in Alexandro. Denique inter exercitationes mi-
y l. 1. c. 9 De Pompejo ſcripta à Vegetio. litares curſus erat, ſcribitque Vegetius *x*, Salluſtium ci- tans, de Pompejo, cum cum alacribus ſaltu, cum ve- locibus curſu, cum validis vecte certaſſe. Lege Valtri
y l. 1. de Militia Rom. c. 4 num noſtrum *y*. Plato *z* affirmavit, eſſe πάντων πολεμι-
z 8. de legib: κώτατον τὴν σώματος ὀξύτητα πάντως, τὴν μὲν ἀπὸ τῶν πο- δῶν: τὴν δὲ ἀπὸ τῶν χειρῶν, φυγεῖν μὲν καὶ ἑλεῖν, &c. O- *mnium omnino aliarum rerum ad bellum accommodatiſ- ſimam corporum agilitatem, tum in pedibus, tum in ma-*
Agilitas pedum & manuum in bello laudata. *nibus, & ad fugiendum, ac inſequendum, & ad ca-* C *ptandum, atque comprehendendum.* In Libya quidem
In Libya qui curſu præſtarent in reges electi. qui ceteris curſitando præſtarent, reges eligeban- tur *a*. Contra hac in re Galenum *b* ſentientem, quod
a Alex. ab Alex: l. 4. c. 23. iniqui ſit curſus exercitatio bello inutilis, & Diogenem *c* quoque pronuntiantem, ignaviæ ac timiditatis eſſe ſignum diſputat Petrus Faber *d*, teſtimoniis præter Platonem, & Vegetium, Polybii Athenæi, Statii.
Galeni & aliorum ſententia de agilitate in curſu. Hujus ad rem illud *e*:

Sollicitat tunc ampla viros ad prælia curſu
Per celeres: agile ſtudium, & tenuiſſima virtus
Pacis opus quum ſacra vocant; nec inutile bellis,
Subſidium ſi dextra neget.

b lib. de Lude propil. c Dio. Chryſ. in Iſthmico. Non dubitavit Turnum Virgilius *f* fugientem deſcri- bere, ac in ea fuga cum cervo comparare venatores ca-
d 1. Agnoſti. c. 2 e 6. Thebaid. f Æn. 12. ex Homero in Iliad. 231 neſque fugitante:

Ergo amen diverſa fuga petit æquora Turnus.
Incluſum veluti ſi quando flumina nactus
Cervum aut puniceæ ſeptum formidine pennæ
Venator curſu canis, & latratibus inſtat.
Ille autem inſidiis, & ripa territus alta
Mille fugit refugitque vias.

Egregia in benedictione Nephthali alluſio. Omitto ſatis obviam cervorum qualitatum ad mo- res accommodationem. Egregia in benedictione Ne- phthali alluſio eſt, quum dicitur *g*, *cervus emiſſus, &*
g Gen. 49. 21 *dans eloquia pulchritudinis*, nam ut vigeſimo ſeptimo verſu vidimus פתל *pathal* eſt *inflecti*, & diſtorqueri; quod agiles cervi maximè faciunt, Pollicitatio quoq; Novi Teſtamenti eſt, ut ſcilicet *ſicut cervus claudus*
h Iſa. 35. 6. *h*. Dicunt Hebræi in ea benedictione innui celerem
Benedictionis interpretatio. Nephthaliarum duce Barach expedicionem contra Siſaram *i*: quod devicto epinicium carmen editum
i Jud: 45. 19 & ſeq. eſt. Ille quaſi in præceps ac barathrum ſe diſcrimi- ni dedit.

Super excelſa ſtatuens me.] Addit Hieron. (qui in
K c. 22. 34. Habacuc legit, *ponet*, & eſt in ſecundo Regum *k*,) *mea*, במותי *bamothai*. Chaldaicè: *In domo fortitudinis meæ ſta- re me faciet*: Auguſtinus, *ſtatuet*. Aquila ϛήσει, *ſta- tues*. Pſalterium Vaticanum & Ambroſianum, *ſtatuit*.
l c. 2. 17. Locus Cantici correctus. Intelligit edita præruptaque loca, qualia dixi cervam petere fugientem. Id ſibi quoque volunt in Cantico canticorum *l*, *montes Bether* (non *Bethel*) quaſi dicas ſecti,

ſecti, ſerrati, diſciſſi, diviſi; & ut LXX. exponunt κοι- A λωμάτων *convallium*, & concavitatum, in quibus nem-
Mentes celando appoſiti. pe ſunt ſtabula, & luſtra ferarum. Montes celandis ac ſervandis fugientibus appoſitiſſimos notat Philo *a*,
a Allegoriarum legis b Gen. 32. 21 & ſeq. tractans de fuga Jacob in montem Galaad à facie La- ban *b*.

c Agellius. d Pſ. 39. 3. Sunt *c* quibus videantur *excelſa*, pedes, ac pedum baſes, plantaſque ſignificare, quos pedes ſuos Pſalmo alio *d* canit Propheta, ſupra petram Deum ſtatuiſſe. Fugiens David Saulem, habitavit in tutiſſimis locis
e 1. Reg. 24. 1. 2. 3. Engaddi, cumque ille inveſtigavit etiam ſuper abru- ptiſſimas petras, quæ ſolis ibicibus perviæ erant *e*.

Melius, ſi quid aliud præter id, quod eſt dictum, nempe loca prærupta, excelſa ſignificant, terram à Deo promiſſam, in quam, cum diù exulaſſet, Dei mu- nere tandem reſtitutus David eſſet. Ita quidem ſen- tit in Habacuc Beauxamis, ac Ribera, & Agellius h.
f c. 32. 13. l: Appellatur *f* in Deuteron. *excelſa terra*, & in Eccle-
g c. 46. 12. h c. 49. 11. c. 55. 12. ſiaſtico g, *excelſus terræ locus*, in Iſaia h *montes, & col- les, & ſemitæ exaltatæ.*

Verſ. 35.) Qui docet manus meas ad prælium: & po- ſuiſti ut arcum æreum brachia mea.

MIliti quarta conditio per neceſſaria, ut ſcientiam teneat militarem, & ſemetipſum exerceat, &
i Prov. 24. 6. viribus polleat. Nam *cum diſpoſitione initur bellum* i:
K Prov. c. 20 18. μετὰ κυβερνήσεως, *& gubernaculis tractanda ſunt bella* k.
l cap. 2. 4. Exercitationis meminit Iſaias *l*, Par omnino in cente-
m v. 1. ſimo quadrageſimo tertio *m* Pſalmo ſententia: *Benedi-*
Robur in Davide quantum. *ctus Dominus Deus meus qui docet manus meas ad præ- lium, & digitos meos ad bellum*. Celebratur in hiſto-
n 1. Reg. 17. 34. 35. 36. 49. 50. ria Regum robur David *n* & in libro Eccleſiaſtici *o*, leo- nis & urſi mentum apprehendit, & ſuffocavit, ac in-
o c. 47. 34. 9. 5. terfecit eos, ludens cum illis quaſi cum agnis: lapide fundæ gigantem dejecit, dante Domino omnipotente C quem invocaverat, in dextra ipſius tollere hominem fortem in bello.

Qui docet manus meas ad prelium.] Præliaris do-
p c. 3. 8. ctrinæ mentio fit in Cantico canticorum *p*, in Hiſto-
q lib. 1. 4. 7. ria Machabæorum *q*, etiam in Elephantis *r*, ſi quando
r c. 6. 30. tamen ſine armis neceſſariò pugnandum erat, alacrita-
Alacritas quantum in bello juvet. tem concione Judas militibus ingerebat *ſ*, ne dubita- rent vel nudis, ſi ita opus eſſet, corporibus in pugnam
ſ 1. Mach. 4. 6. 7. 8. 9. ruere; quandoquidem Deus delectaretur tali fortitu- dine, eamque ſuo præſidio contra armatos fulciret, ut
t 12. de Bello Jud. c. 11. ſcribit Joſephus *t*.

Ars hæc, à Romanis præſertim, tanti facta eſt, ut cum ipſa urbe nata ſit, & alta, & cum eadem ſimul
u Gen. 14. 14 & ſeq. extincta. Populi varò dux Hebrei Moſes, ut vetu- ſtiores prætercam, in quibus Abraham *u*, excellenti bellicæ rei peritia præditus fuit, ut ſacræ teſtantur li- teræ, Joſephus, Philo, & quotquot res ejus geſtas pro- diderunt: cumque ſibi ritu aliarum gentium populus ille regem depoſceret, *Erimus nos quoque* ait, *ſicut om- nes Gentes, & judicabit nos Rex noſter, & ingredietur*
x 1. Reg. 5. 19. 20. *ante nos, & pugnabit bella noſtra pro nobis* x, De- nique plurimi tractatus extant de militaribus præce- ptis.

Poſuiſti ut arcum æreum brachia mea.] Hierony-
y c. 22. 35. mus, & in ſecundo Regum *y componens*, &c. Ibidem Græcè, κατάξας τόξον χαλκοῦν ἐπὶ βραχίονάς μου, vel juxta emendatos codices, ἐν βραχίονί μου, *confringens*, vel in- clinans, flectens, adducens *arcum æreum ſuper brachia mea*, aut *in brachio meo*, hoc eſt, tam valida brachia tribuens, ut flecterè quò vellem, ac etiam frangere arcum poſſem æreum, & chalybeum. Ibidem Hebrai- cè eſt נחתה *nichath*, quod *frangere* ſignificat: hic נחתה *nichathah* à נחת *nachach*; vel in niphal à חתת *chathath*. Fortaſſis legerunt hoc loco LXX. נתת *nathattbah*, quod eſt, dediſti, vel poſuiſti: & ſenſus eſt, brachiis tan- tam firmitatem, ac robur inditum, ac ſi ferreus arcus eſſet, quem formam diſtenta referunt brachia. Abu-
Barbaricus loquendi modus. lenſis ait, legendo juxta vim Hebræi verbi, *fregit ar- cum æreum brachia mea*, eſſe barbaricum modum lo- quendi; ſenſum verò eſſe quòd Deus fregit, ideſt, diſpoſuit, vel aſſuefecit, ut eſſent ſicut arcus æreus. Re- fert præterea, refellitque commentum Rabbi Salomo- nis, cujus & Lyranus meminit, Davidem domi multos

arcus ereos pra graves habuiſſe, quos quum Philiſtino- rum reges, ad eum venientes, viderent, inter ſe di- cerent, nullum eſſe, qui flectere poſſet, ſive addu- cere, ſagittamve dirigere, ſed ad terrendos duntaxat ipſos à Davide aſſervari: hunc autem tunc arcus il- los coram iis fregiſſe, hoc eſt, intendiſſe, inflexiſſe, armaſſe.

Idonea profectò arcui materia æs, ferrum, chalybs non eſt, ſed inepta potiùs ad tendendum, & curvan- dum. Vult ergo perinde ac ſi tali arcus conſtaret me- tallo, firmitatem ſignificare brachiis ſuis lacertiſve tri- butam. Explicant alii; Fregiſti arcum ferreum, vel fractus eſt brachiis meis, hoc eſt fortiſſima validiſſima- que inimicorum arma. In bello enim uſus maximus ar- cus fuit, ut docui alio Pſalmo *z*. Vertit Clarius: *Con- terent arcum æreum brachia mea.* Vatablus: *Contere-* z Pſ. 7. 13.
tur brachiis meis æreus arcus. Campenſis: *Docuit ma- nus meas arma tractare, ſic, ut frangere potuerim bra- chiis meis arcum etiam ferreum.* Felix: *Contritus eſt, vel prapararatus arcus æneus brachiis meis.* Cajetanus: B *Contritus eſt*, (nempe inimicus me præliante) arcus æneus, brachia mea, ſcilicet prælio, aut ad prælium. Arias eandem ſectatur ſententiam, & alii preterea He- braizantibus addicti. S. Thomas meminit alterius ver- ſionis: *Confregiſti arcum æneum.*

Verùm prior ſenſus melior, quem Paraphraſtes ef- fecit clariorem: *Fortificans ut arcum æreum brachia mea*, מתקף *mathkeſh*. Si enim æreus arcus eſſet, eſſet fortiſſimus, quum æreus eſſe non ſoleat, ut hoc loco Hu- go Cardinalis, Gloſſa ordinaria & Trevetus notant. Baliſtas forſan intelligit David, ut placet Ariæ. Notæ Ariæ expoſitio.
Milonis Crotoniatæ vires, cujus minimum digitum ne- Milonis Crotoniatæ & aliorum vis incredibilis.
mo quiverit incurvare *a*. Martianus Septimius Impe- rator digito indice vel ſalutari currus ex adverſo niten- tes repulit, fortiſſimum quemque colliſit *b* Cuniper- tus Longobardorum Rex adhuc puer verveces duos a Suidas.
lana dorſo tenus in ſingulas manus apprehenſos à ter- b Alexand. ab Alexan. lib. 4. c. 26.
C ra levavit *c*. Imperator Maximinus equum pugno nu- davit dentibus: Topazios lapides fricavit digitis: ma- Cælius Rhodig. lib. 4. c. 3.
juſculas arbores dimidiavit *d*. Theodoretus, Euthy- mius, Baſilius, ſenſu myſtico *brachia ærea, & manus,* c Paulus Diacon. 5. Hiſtor. Longobar. c. 40.
preces ſublatis in altum manibus brachiiſque nuncu- patas interpretantur, non ſolùm fortes, nec delaſſatos diù ſagittando lacertos. d Capitolin.

Arcum æreum.] Æris olim uſum quàm ferri frequen- tiorem Pauſanias *e* tradit fuiſſe, Homerum citans: cu- e in Laconicis.
jus interpres Euſtathius *f* idem obſervat & Iſidorus *g*. f in Iliad.
Utebantur veteres temperatura qua denſabant æs, ut g 16. Etym. c. 19.
Tzetzes notat *h*. Reprehendit Genebrardus interpre- h in Heſiod.
tantem arcum chalybeum, quoniam omnia ferè olim ex ære fabricabantur, enſes, tibialia, &c. ut apud Athe- Interpretatio à Genebrardo refutata.
næum teſtis eſt Alcæus, & quod adeò ſæpe χάλκεα τεύ- χεα cognominent Heſiodus, Homerus, aliique: μέλας γὰρ οὐκ ἔσκε σίδηρος, *nigrum enim non erat ferrum*, ait He- ſiodus, cujus interpretes Proclus, & Tzetzes id ipſum confirmant. Probat id præterea Genebrardus, quod in tabernaculi, templique rebus ærea omnia erant inſtru- menta, etiam clavi, paxilli, mallei, & quia ſcriptum *i* i 3. Reg. 6. 7
eſt, malleum & ſecurim, & ullum ferramentum non eſſe audita in domo, quum ædificaretur. Sed quod attinet ad D hoc ultimum, non eſt ſenſus, ut rectè annotat Abulen- ſis *k*, quòd ferramentis non ſint uſi artifices ad ædifica- tionem; Sed quòd non ſint audita in domo, ſive in tem- k Ibid. q. 12. Loci regum expoſitio.
plo, quia priùs in monte cædebantur, ac poliebantur lapides & ligna, deinde in templo conjungebantur, atque aptabantur ſuis locis, tuncque ferramentorum ſonus nonnullus, etſi levior, edebatur, & audieba- tur. Conſentit Hugo Cardinalis, nec abnuit Carthu- ſianus.

Profectò ſi negat negari poſſe Theodoretus *l* uſos l Quæſt. 44. in Exodum.
Hebræos ferro in concinnandis ante templi ædificatio- nem lignis tabernaculi, itidem eos, qui aurum, argen- tum, aut æs fabrefaciebant, multo magis aſſereret, ferri neceſſarium uſum fuiſſe ad ipſiuſmet tanti templi con- ſtructionem. Et meritò, ut Hebræorum nugas cita- Nugæ Hebræorum de neſcio quo vermiculo cui nomen thamir.
ti alii Auctores rejiciunt, de neſcio quo vermiculo, cui nomen *Thamir*, quo lapides ita frangerentur, ac dolarentur, ut hirci ſolet ſanguine adamas: præter- quàm quòd non ea vermem virtute circa ligna dicunt fuiſſe.

Nec eidem credo Theodoreto *m*, ipſum templum m In 3. Reg. 4. 21. & 22.
extru-

Extructio templi Salomonis qualis.

extructum ex lapidibus ita ſpontè natis, ut ad eos compingendos non opus ferro fuerit, ſed abſque ulla arte inter ſe aptè conjungerentur: lapides autem alios pro templi ambitu ſectos in monte, dolatos, politos, ac inter ſe ita concinnatos, ut nulla de cetero egerent operatione. Eadem refellit, ac ſentit quæ nos, noſter Barradius *a*. Eamdem domum ſcribitur de lapidibus dolatis, atque perfectis ædificatam, & in ea qum ædificaretur; malleum, ſecurim, & omne ferramentum audita non eſſe: quo ſatis innuitur, parem rationem fuiſſe de lapidibus templi, & ambitus ejuſdem.

a Tom. 2. Harmon. l. 3. c. 10.

Jam verò non in æris dumtaxat, ſed etiam in ferri opera malleator ac faber celebratur primis illis temporibus Tubalcain *b*; & de frequenti ferri uſu non in ſuppellectili tantum *c*, ita ut inter neceſſaria vitæ hominis numeretur *d*: qua de re Plinius *e*: ubique propemodum reperiri ſcribens; ſed in armis quoque *f* præter Plinium, alioſque, mentionem divinæ Scripturæ faciunt. Et quòd Philiſtæi caverant, ne faber ferrarius inveniretur in omni terra Iſrael, qui conficeret iis gladio, aut lanceas, David ipſe teſtatus eſt *g*, ſe ferrum præparaviſſe in vaſa templi ferrea, non ſolùm æs in ænea, aurum & argentum ad aurea, ac argentea: & Salmon ab Hiram poſtulavit peritos etiam in operando ferrò *h*. Denique fieri poteſt ut *arcus æreus* hoc loco ſumatur pro ferreo, aut chalybeo, quia ferrum per ſe ſolum non funditur, ſed mixtum cum ere, vel chalybe. Græcè etiam χαλκεον ſignificat non modo *æreum*, ſed *ferreum* quoque.

b Gen. 4. 22. Tubalcain faber celebris. c Joſue 6. 19. 24 & alibi. d Eccl. 39. 31. e l. 34. c. 14. f Judic. 3. 22. 1. Reg. 17. 7. l. 2. 21. 16. c. 23. 7. Judic. 4. 13. Job. 20. 24. Philiſtæorum cautio. g 1. Pa. 29. 2. h 2. Par. 2. 7. 14.

Verſ. 35] Et dediſti mihi protectionem ſalutis tuæ, & dextera tua ſuſcepit me.
Et diſciplina tua correxit me in finem, & diſciplina tua ipſa me docebit.

EO, quod dixi, robore donatum, & virium alacritate, texiſti veluti clypeo, atque protexiſti ab omnibus malis: ac veluti manu præhenſum ſublevaſti, & ſuſtinuiſti ne laberer. Quod ſi aliquas interdum permiſiſti, vel etiam immiſiſti calamitates, pertinuit id quaſi ad diſciplinam militarem, ne in militia ipſa etiam externa peccarem: multo autem magis, ne occupatus in illa, quidquam ab ſpiritualis militiæ legibus alienum committerem, ſemper que opem mihi tuam neceſſariam agnoſcerem, & implorarem, atque tibi ad nutum obſequerer. Myſticè de Criſto exponuntur iſta, vel ut ab eo nobis & ejus potiſſimum paſſione, ac paſſionis imitatione ſalus; vel ut ipſe immortalitatem adeptus eſt.

Myſtica expoſitio.

Dediſti mihi protectionem ſalutis tuæ.] Hieronymus, & in ſecundo Regum *i*, *clypeum* מגן *maghen*: Chaldaicè, *fortitudinem* תקוף *thekoph*. Græcè, ὑπερασπισμὸν σωτηρίας μου, *protectionem ſalutis meæ*, videlicet per modum clypei, ſive ſcuti. Quamvis in Complutenſibus Regiis, & aliis codicibus Græcis deſit pronomen; tamen in emendatis eſt pronomen primæ perſonæ, & in VI. editione in qua ſimul habetur ὑπερασπιστήν, τὸν σωτῆρά μου, *protectorem*, *ſalvatorem meum*, & cum eodem pronomine legit Theodoretus, & ex Latinis Auguſtinus. Hieronymus *k* meminit pronominis Græci primæ perſonæ, ſed Hebraicè eſſe ſecundæ, omneſque interpretes ita tranſtuliſſe. *Protectio ſalutis* idem eſt quod Salutaris, & Salvatoris, quod eſt Epithetum, immo interpretatio nominis Jeſu: *Beatus es tu Iſrael* l; ait Moſes, *quis ſimilis tui popule, qui ſalvaris in Domino? ſcutum auxilii tui, & gladius gloriæ tuæ*. Eſt idem quoque *ſalus* crebrò in Scriptura, quod auxilium, & protectio.

i c. 22. 36.
k Epiſt. 135.
l Deut. 33. 29
Salus in Scriptura idem quod auxiliū ſeu protectio.

Rabbi Joden, quem citat Nebienſis Epiſcopus, ex auctoritate Rabbi Chiia docebat, exponens hunc locum, futurum, ut Deus Sanctus, & benedictus ſedere faceret regem Meſſiam ad dexteram ſuam, prout canitur in Pſalmo centeſimo nono *m*, *dixit Dominus*, *ſede ad dexteram meam*. Præterea Rabbi Moſes Ægyptius explicans illud Geneſis ex capite decimo octavo *n*: *Et Abraham adhuc ſtabat coram Domino*. Quid eſt hoc, ait, quod dicitur: *Et dediſti mihi protectionem ſalutis tuæ?* ipſe eſt, inquit, Abraham, &c. ipſe eſt Meſſias, de quo ſcriptum eſt: *Dixit Dominus*, &c.

Rabbi Joden.
m v. 1.
Rabbi Moſes.
n v. 22.

Dextera tua ſuſcepit me,] Hieronymus, *confortabit me*. Eadem verba ſunt in alio Pſalmo *o*, ubi eſt verbum תמכה *thamechah*, *ſuſtentavi*, hic ejuſdem notionis aliud תסער *thisbhad*. Hæc dici ſolet *Salus dexteræ Dei p*. Idem ſibi vult præterea *tenere aliquem dextera q*, *alicui a dexteris eſſe*, *ne commoveatur r*: *fieri manum ſuper virum dexteræ* & ut ſcilicet dextera dexteram apprehendat ſabantis: alicujus eſſe à dextris, ad confringendos inimicos *t*. Sed hac de re alibi plura *u*, deque collocatione ad ſiniſtram dexteramque utra nobilior. Sed & paſſim hoc libro, & alibi aliquando *ſuſcipere & aſſumere*, Græcèque ἀντιλαβέσθαι, ſignificant *adjuvare*, defendere, protegere. In ſecundo Regum *x*: *Manſuetudo tua multiplicavit me*. Τῷ καὶ σοῦ. *Obedientia tua* חנתך *hhanothecha*. In emendatis Græcis codicibus eſt pronomen σου: & interpretantur aliqui ὑπακοή σου, *Placabilitas tua*, ideſt, facilitas ad exaudiendum: quod ſignificare poteſt, manſuetudo, quod valet Hebræa vox. In correctis Latinis eſt pronomen, *tua*. Juſtà verò aliud primæ perſonæ, quod extat in aliis tum Græcis, tum Latinis, declarant Abulenſis, Lyranus. Hugo Cardinalis, ob manſuetudinem impetraſſe à Deo David multa, & ſibi multos amicos comparaviſſe. Monet Lyranus tamen etiam de Hebræo pronomine ſecundæ perſonæ, declaratque benignitati divinæ tribuere Davidem, non proprio merito quæ accepiſſet. Felix quem dextera ſponſus amplexatur, & leva caput ſuſtinet *y*: hinc tegens ſuo tamquam clypeo, hinc velut Gladio propulſans hoſtes, ac feriens.

o Pſ. 62. 9.
p Pſ. 19. 7. Pſ. 59. 7. Pſ. 97. 1. Pſ. 107. 7. Pſ. 137. 7.
q Pſ. 138. 10. Pſ. 71. 23.
r Pſ. 15. 8.
ſ Pſ. 79. 18.
t Pſ. 109. 1.
u Pſ. 15. 8.
Suſcipere, aſſumere, quid ſit.
x c. 22. 35.
y Cant. 2. 6. c. 8. 3.

Et diſciplina tua correxit me in finem, & diſciplina tua ipſa me docebit.) Omiſſo primo membro reddit ſecundum Hieronymus. *Et manſuetudo tua multiplicabit me*, quæ verba ex ſecundo Regum allata jam expoſuimus, ſuntque hoc loco Hebraicè וענותך תרבני *vehhaunathecha tharbeni*, Græcè, & Latinè additur, *in finem*, εἰς τέλος, & præterea Auguſtinus ligit, *direxit*: Sed quum in textu Hebræo nihil aliud ſit pertinens ad membrum ſecundum, ab aliquo id adjectum ex editione Theodotionis, & non ex Septuaginta, teſtatur Scholion Græcum citatum in Notationibus, ad emendatam editionem eorundem LXX. Euſebius refert vertiſſe Symmachum id, quod item eſt in ſecundo membro, ad hunc modum: καὶ τὸ ὑπακούειν με αὐξήσει με. *Et obedire me*, ſeu, *obedientia mea*, *augebit me*. Aquilam eo modo quo in iſto loco interpretatum dixi Hieronymum, & haberi in ſecundo Regum, nec non & hic Hebraicè, nimirum: καὶ πραότης μου ἐπλήθυνέ με. *Et manſuetudo mea multiplicavit me*. Licet, ut anteà monuimus, in correctis libris pronomen ſit ſecundæ perſonæ. Porrò retinendo pronomen iſtud perſonæ ſecundæ, & interpretationem Græcam per, τὴν παιδείαν; & Latinam per, *diſciplinam*. Hebræa dictio ענות *hhannah*, rectè ſignificare poteſt, non ſolùm *manſuetudinem*, ut expoſuit Aquila, & Hieronymus præterea, & eſt in ſecundo Regum, ſed etiam *humiliationem*, quod valent παιδεία, atque diſciplina. Tunc verò ſenſus erit: Quando humiliaſti me, ac nonnullis incommodis affeciſti, multiplicaſti me, & auxiſti, videlicet tum rectitudine virtutis, doctrinaque tum etiam paullò poſt opibus, amici, ditione, &c. Vel, Diſciplina tua, cui memoriger um præſtiti, quod in ſecundo Regum eſt ὑπακοή, & ex verſione Symmachi hoc loco ὑπακούειν, hæc mihi bona contulit.

Correctionem Thomas refert ad errata, *doctrinam* ad dubia: Hugo *z* S. Victoris diſciplinam conſtituit in præceptis, tentamentis, flagellis ad obedientiam; conſtantiam, patientiam: ubi plura de utilitatibus tentationum. Docet quoque per correctionem expiari culpas præteritas; eruditionem ſive doctrinam valere ad cantelam contra culpas futuras. *Docendi* verbum poſuit Theodotio propterea fortaſſis, quòd Hebræi magiſtros doctoreſque nominare ſoleant רבים *rabbim*, quaſi רבה *rauba*, unde & in ſecundo Regum תרבני *tharbeni*, *docere* ſignificat. Sed in totis Bibliis non memini hac notione ſumptum verbum iſtud.

z In Pſ. c. 30.
Docendi verbum cur appoſitum.

Verſ. 37.

Verſ. 37.) Dilataſti greſſus meos ſubtus me: & non ſunt infirmata veſtigia mea.

DIſciplinæ ac doctrinæ tuæ in eo fructum etiam percepi, quòd inter anguſtias tantas, ut figere veſtigium vix liceret, continuò viam ipſam dilataveris, ut, quò vellem, pergere tutò poſſem; nec unquam, ſuſtentatus à te, collaberer, aut ſternerer ab inimicis, ſed fixis ſtarem, ac perdurarem, pugnans, pedibus, non laſſatus vel in pugna, vel in eorum perſecutione. Hoc aliis canit verbis *a*: *Nec concluſiſti me: in manibus inimici: ſtatuiſti in loco ſpatioſo pedes meos*. In arcta & anguſta ægrè pergitur via; ad quam Angelus redegit Balaamum ariolum *b*, & tales anguſtias Hebræi præoccupaverunt adverſus Holofernem *c*: è contrario filios Dan Amorrhæi coarctaverunt in monte, nec dederunt eis locum, ut ad planiorem deſcenderent *d*. Promittit Sapientia *e* diſcipulo ſuo viam demonſtratam ſectandi, & ſemitas æquitatis ingredienti, futurum, ut non arctentur greſſus ejus, & currens non habeat offendiculum. Quando pedes ſunt conjuncti, inquit Lyranus, homo diſpoſitus eſt ac cadendum; ſed quando ſunt convenienter elongati, tunc diſpoſitus eſt ad firmiùs ſtandum, Vult autem firmitatem in eo ſtatu regio denotari: Ex eadem metaphora greſſus virtutis *arctari* dicuntur *f*: & oppoſitorum vocabulorum *dilatationis* ac *dilatandi*, de quo egimus quarto Pſalmo *g*, uſus natus eſt. Poſt jurgium paſtorum Geraræ ſuper puteo, qui vocatus eſt, *calumnia*, & alioqui *inimicitia*, fodit Iſaac alium, pro quo quum non contendiſſent, appellavit nomen ejus, *latitudo*, dicens; *Nunc dilatavit nos Dominus* h.

a Pſ. 30. 9.
b Num. 22. 26.
c Judith 4. 5. 6. & c. 7. 5.
d Judic. 1. 43.
e Prov. 4. 11. 12.
f Job 18. 7.
Dilatationis, dilatandi, arctandi, uſus unde natus.
g v. 2.
h Gen. 26. 21. 22.

Myſticè, qui virtutis initio viam arctam reperiunt, eamdem poſtea ipſo uſu, & divino munere latiorem & expeditiorem deprehendunt; tum eo quod etiam à Chriſto ipſo trita ſit, qui ſic latum mandatum nimis reddidit *i*, & effecit cor dilatando per gratiam, & charitatem, ut in eadem curratur *k* via celeriter, & alacriter. Sic Euſebius, Auguſtinus *l* aliique, nec non Hugo Victorinus *m*, qui addit indicari quaſi pedes deſiderii fixos in rebus æternis.

Myſtica interpretatio.
i Pſ. 118. 96.
k lib. 32.
l Hic & ſ. 107. in Exordium.
m In Pſ. c. 31.

Dilataſti pedes meos ſubtus me.) Hieronymus, & in ſecundo Regum *n* *Dilatabis*. Præter allatum ſenſum, poteſtis etiam ad litteram eſſe, ut in anguſtias extremamque veluti diſperationem conjectum liberaverit, & expediverit Deus. Trevetus declarat de dilatione dominii & poſſeſſionis, ut quidquid calcaret pedibus, acquireret ſibi *o*. Chaldaicè: *Multiplicaſti greſſus meos in loca mea*. Verior ſenſus de facili & expedita via, & ſtatu rerum, ita ut quemadmodum expoſuit Chryſoſtomus *p*, omnis obliquus & tortuoſus hoſtis impetus propulſatus ſit.

n c. 22. v. 37.
o Deut. 11. 24.
p In Pſ. 118.

Et non ſunt infirmata veſtigia mea.) Hieronymus & in ſecundo Regum *q*: *Non deficient tali mei*. Vox Hebræa קרסלי *karſullai*, *talos* ſignificat, aut calces, plantaſque, aut crura, aut genua, aut palos, ſeu paxillos, & malleolos, & clavos pedum, vulgo *cavicchie*. *Greſſus* & *veſtigia*, διαβήματα, ἴχνη, pro *pedibus* quibus gradimur, & veſtigia imprimimus: vel ſpatium ac viam: vel ipſummet inceſſum, ac tranſitum per viam. Roboris viriumque corporis, pendet non parum ratio ex pedum firmitate, & crurum, quæ veluti baſes atque columnæ reliquam ſuſtentant ejuſdem corporis molem. Achillem fabulantur invulnerabilem, niſi in calcaneo, *r*. Davidis quoque firmavit calcaneum Deus, & ab inimicis totum tutatus eſt. Inter imprecationes hæc eſt apud Davidem *ſ*: *Fiat via illorum tenebræ, & lubricum, & Angelus Domini perſequens eos*: non poſſunt hi evadere, nec ubi pedem figant; ſatis pervidere, nec etiam figere. Hieronymus non infirmari veſtigia docet eorum, qui bona poſteris relinquunt exempla.

q ſuprà.
r Hom. Iliad. 10.
ſ Pſ. 34. 7.

Verſ. 38.] Perſequar inimicos meos, & comprehendam illos: & non convertar donec deficiant.
Verſ. 39.] Confringam illos, nec poterunt ſtare: cadent ſubtus pedes meos:

TAm firmis me, validiſque pedibus corroboraſti, ut hoſtes fugientes aſſequerer, caperemque, nec antè perſequi deſiſterem, donec penitus delerem: frangens vires eorum, ita ut reſiſtere non valerent, ſed victi proſtratique ſuccumberent, & jacerent ſub me. Quod ipſum, ſi ferat occaſio in poſterum, abs te mihi quoque polliceor.

Licita eſt inimicorum perſecutio, ut vel impediatur malum; vel reducantur illi ad bonum, inquit Thomas. Deus ipſe imperabit Hebræis perſequi inimicos, pollicens victoriam *t*, nimirum intelligens Idololatras, & qui promiſſæ terræ poſſeſſionem impediebant. David præterea detrahentem proximo ſuo perſequebatur *u*. Judas Machabæus perſecutus eſt inimicos, perſcrutans eos: & qui perturbabant populum ſuum, ſuccendit flammis *x*.

Quomodo licita inimicorum perſecutio.
t Lev. 26. 7. 8.
u Pſ. 100. 5.
x Matth. 3. 5.

De ſpiritualibus adverſariis Auguſtinus & alii, nec non Hugo Victorinus *y*, ideſt, de peccatis, ac tentationibus: Hieronymus declarat de Judæis, quos vexavit Titus, hodieque in captivitate ſunt. Extendi ſententia poteſt ad Hæreticos, & alios perturbatores Eccleſiæ Dei, quos optat Paulus *z* abſcindi. David Amalecitas onuſtos præda, conſecutus occidit *a*: Philiſtæos quoque *b* bis præſertim inſigni plaga affecit. Manſuetudine David erat ſingulari *c*; ſed odientes Deum oderat odio perfecto *d*: atque divina in ea re voluntati obſequebatur de ſeptem contaminatiſſimis illis Gentibus excindendis *e*.

Auguſtini expoſitio & aliorum.
y in Pſ. c. 32.
z Gal. 5. 12.
a 1 Reg. 30. 37. & ſeq.
b 2 Reg. 5. 20. & ſeq.
Davidis manſuetudo; ſed contra Dei hoſtes odium.
c Pſ. 131. 1.
d Pſ. 138. 22.
e Deut. 7. 1. & alibi.

Hinc, & ex ſimili loco centeſimi Pſalmi *f* confutat Donatiſtas Auguſtinus *g*, dicentes nullam perſecutionem eſſe juſtam: Ait præterea *h* perſequi ſuos adverſarios Deum, quando imminens dorſo eorum captivorum gratiæ ſuæ vinculis captivos ſibi reddit *i*.

Donatiſtarum confutatio ex hoc loco.
f v. 5.
g 2. con. Creſcon. c. 22.
h 4. Confeſſ. c. 4.

Comprehendam.) In ſecundo Regum: *conteram*. Comprehenſos conterebat, ut quos ſervavit, & ſuper quos circumegit ferrata carpenta, diviſitque cultris, & traduxit in typo laterum *k*.

i c. 22. 38.
k 2. Reg. 12. 31.

Non convertar, donec deficiant.) Hieronymus. *Non convertar, donec conſumam eos*. In ſecundo Regum *l* eodem modo: dempto primo verbo, quod eſt idem cum eo, quod hic habemus Hebræa non diſſident: ſed כלותם *chal lotham* poteſt ſignificare vel actionem, vel paſſionem. Ad mores noſtros pertinet, ut nunquam ceſſemus a pugna, quia vita tota nil niſi *militia eſt m*: ut nunquam ſagitta noſtra ſicut Jonathæ redeat retrorſum *n* *Maledictus vir, qui comederit panem uſque ad veſperam o, donec ulciſcar de inimicis meis*. Sed qui hanc protulit Saul ſententiam, & ipſe maledictus inter alias cauſſas, fuit à Samuele, quem gratulans benedictum nominabat, quia pepercit contra præceptum Domini regi Agag: hunc autem Samuel in fruſta concidit *p*, Achabo regi, quoniam Benadad regem Syriæ vivum dimiſerat, dignum morte, pronuntiavit Propheta futurum ut anima ipſius eſſet pro anima illius, populus ipſius pro populo illius. *q* Si Iſraelitæ potiti victoria, & rege Moab incluſo non receſſiſſent, deinceps eumdem experti hoſtem non fuiſſent *r*. *Non minor virtus bene uti, quàm potiri victoria*: victoriæ, ut loquuntur, aleam fortunamve perſequi, quam eam nanciſci. Exemplo præ ceteris ad Dyrrachium Pompejus, qui Cæſarem, ipſomet fatente Cæſare, perdidiſſet, ſi bene Victoria uti potuiſſet *ſ*.

l Ibid.
m Job. 7. 1.
n 2. Reg. 1. 22.
o 1. Reg. 14. 24.
p 1. Reg. 15. 10.
q 3. Reg. 20. 42. 43.
r 4. Reg. 3. 26. 27.
Pompejus victoria uti neſciens.
ſ Appianus 2. de bellis civilibus.

Tropologicè motus carnales perſequi debemus, originis eorum radicem ſubtiliter inveſtigando, & quo tendant, perſpicere ſtudendo, & à conſenſu animum retrahendo, nec hunc ab inſtantia boni operis ante ſubjugationem vitiorum relaxando. Hoc præ ceteris Hugo Victorinus notat accuratiùs *t*.

t In Pſ. c. 32.

Confringam.) Hieronymus: *Cædam eos*: in II. Regum *u*, *Conſumam eos & confringam eos*: ſecundum verbum idem cum verbo loci hujus noſtri. Hebraice eſt אמחצם *emchatſen*, Græcum ibidem unicum eſt θλάσω, hic ἐκθλίψω, *frangam*, elidam vel conteram. Hebræum ſignificat *transfodere*, transfigere, ſauciare, vulnerare, inficere ſanguine. In Pſalmo centeſimo nono quod legimus, *Confregit in die iræ ſuæ reges*, ubi eſt idem verbum, Hieronymus vertit, *percuſſit*: quo & aliis facit locis *y*. Aliquando idem verbum circum loquitur per hoc quod eſt quærere vulnus *z*: interdum reddit perforare *a*: denique intigere *b*.

u c. 22. 39.
x v. 5.
y Num. 24. 17. Habac. 3. 13. Deu. 32. 39. c. 33. 11. Job. 5. 18. & alibi.
z Judic. 5. 26.
a Num. 24. 8.
b Pſ. 67. 24.

Nec poterunt ſtare.) Hieron. *Non poterunt ſurgere*. In ſecundo Regum *c*: *Ut, non conſurgant*. Non poterunt ſe erigere, reſiſtere, repugnare, &c. De horum verborum poteſtate, *ſtare*, ἀναστῆναι, קום *kum*, diximus Pſalmo I.

c ſupr.